




ALANI
DOCTRINALE ALTUM
DAVENTRIÆ
J. DE BREDA
1492



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 21






Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 21



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 21



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 21







~~120.~~


171
g 21.

SW. 496
CA. 55









Handwritten text in a cursive script, likely a list or index, located at the top of the page. The text is mirrored across the page, suggesting bleed-through from the reverse side. The words are difficult to decipher due to the cursive style and fading.

Doctrinale Altum, seu Liber Parabolarum Alanis metricis
descriptus cum sententijs et metrorum expositionibus
Daventrie circa scolas per Jacobum de Breda 1492.

Post finem adscripta sunt quaedam nota historica
Gelbriam spectantes.

Doctrinale altum seu li
ber parabolaz Alani metricè descriptus cū senten
cijs et metrorum expositionibus utilis valde ad bo
norum morum instructionem.

*Koninklijke
 Bibliotheek
 te's Hage.*

Prohemium

Iste liber duobus modis solet nominari.

Primo fm quosdam appellat doctrinale altum Et pro tanto vocatur doctrinale, quia dat doctrinā. Un̄ doctrinale d̄r a doctrina, et omnis liber dās doctrinam doctrinale potest appellari. tamen istud nomen doctrinale appropriatum est illi libro quem composuit magister Alexander de villa dei, qui incipit Scribere clericulis. Alio modo solet vocari Alan⁹ de pabol ab inuētoze: nā autor isti⁹ libri vocabat Alan⁹ de q̄ legit q̄ cū q̄daz die studeret parisi⁹ sciēs septē artes liberales nec nō leges atqz de creta suā sciētiā p̄posuit exponere et in aliquem fructum redigere seu explicare. Et cū in crastinū de tota trinitate predicando vellet sciam et noticiā veram de illa cunctis audientibz exhibere ip̄o p̄gente ad spaciū p̄pe q̄ndā ripariā, cogitās q̄liter op⁹ p̄positū p̄plere possz, quēdam puerū repperit, q̄ tenēs vnū coclear in manu fecerat vnam puam foueam modicū p̄cul ab aqua, et hauriēs aquam cū suo cocl̄sari portabat ad foueam quā fecerat, et instanter (sicut puer apposuerat aquā in foucā) aqua terrā intrabat: qz locus erat arenos⁹. Quod vidēs Alan⁹ dixit puero **D** puer qd̄ hic agis? Respōdens puer dixit **T**otā istā ripariā in foucā meā ponere p̄posui, nec cessabo quousqz p̄positū meū adimplevero: **L**ui Alanus, **N**ō putas fecisse, op⁹ tuū licet sit puerile, t̄m̄ ē impossibile tibi, **L**ui puer, **H** citi⁹ fecero qz tu p̄positū tuū adimpleueris. Et Alan⁹ respōdens dixit **Q**uid em̄ p̄posui facere. Et puer dixit **T**u p̄posuisti declarare cras totā trinitatem p̄ tuā sciam i p̄dicatōne, qd̄ ē magis impossibile tibi qz qd̄ ego p̄posui. **N**ō audicns Alanus multū territus reuersus domū et dicta pueri p̄memorās, multū dolēs et tristis suā p̄sūptiōne siue arrogātiā cognouit. Adueniēte vero die crastina et hora p̄dicatōis vbi mltitudo magna ppli fuerat p̄gregata Alan⁹ ascendēs cathedrā dixit loco thematis **S**ufficiat vob̄ vidisse alanū, **Q**uibo v̄bis dictis descendit de cathedra, et abiit. **N**ō vidēs ppl⁹ nō modicū stupefact⁹ fuit. **H**oc facto alanus verecūdiā p̄fusus p̄manere nolēs ibidē trāsiiit burgū diā et i qdā abbatia s̄stertū noie pastor ouiu fuit, et dem̄ fuit p̄uers⁹ ip̄i⁹ abbacie ad modū laici. **A**ccidit qz qdā heretici rome aduenerāt qz p̄ sua argumēta falsasqz syllogisatōes totā fidē catholicā subuerte bāt, quap̄pter papa mādauit oēs p̄latos, abbates, doctores, et clericos totū christianitatē romā venire, q̄ten⁹ dicti heretici resisterēt. **N**ō abbas magistri **A**lani audicns, alano relicto in abbatia voluit romā p̄gere. **T**ūc alan⁹ q̄ iā sensus recuperauerat dixit d̄no suo **D** d̄ne me redz h̄ stare, qz diu ē qz abbatia nō exiit, q̄ prop̄ humiliter deprecor vt vobiscū p̄gā romā et b̄n̄ fuiā vob̄ optimeqz p̄sabo de eqs. **T**ūc abbas p̄gēs romā dixit **A**lanū secū: **A**dueniēte die disputati

Prohemium

onis abbas voluit intrare locū disputatōis cū q̄ alanus voluit intrare
Lui abbas dixit vade ad hospitium 7 p̄sa de eq̄s .qz istū locum non
posses intrare pp̄t custodes 7 clīctes b̄ existētes. q̄ nō sinūt intrare ni/
si p̄latos 7 magnos clericos. 7 posses s̄berari. Lui alan⁹. volo s̄ber/
rari vt intrē. Et supponēs se clamide seu cappe sui maḡri intrauit di/
ctū locū. 7 ip̄e sedēs ad pedes sui maḡisti i audiuit disputationem.

Heretici veropponētēs q̄stiones supauerūt christianos 7 vicerunt
Qd̄ vidēs Alan⁹ exiuit latebras dicēs maḡstro suo. Jude dñe b̄n/
dicē. 7 abbas stupefact⁹ dixit alano Sile mis qd̄ vis facere Tūc ala/
nus intrauit dicēs vt pri⁹. iube dñe b̄ndicere vsqz ad terciā vicē Qd̄
vidēs papa pmisit eū arguere. Et Alan⁹ recitās q̄stiones p̄ dictos
hereticos moras arguit et p̄fūdīt illos. Qd̄ vidēs heretic⁹ p̄fusus
dixit. Tu es diabol⁹ aut alan⁹. Lui alan⁹. Mō suz diabolus. s̄z ala/
nus Tūc abbas maḡister suus voluit sibi suā dignitatē donare quā
alanus suscipere noluit. Qd̄ p̄ papā 7 abbatē fuit s̄bi p̄cessuz vt duos
clericos h̄ret i dicta abbata: qui clerici sub se libros q̄s ip̄e dīctaret
scriberent. vbi plures libros fecit. inter quos fecit istū qui incipit

(A p̄hebo p̄hebe 7c. Alano vero mortuo fuit sepultus in dicta
abbatia sup cui⁹ tumulto scribunt istī s̄sus. Alanū breuis hora bre/
ui tumulto sepeliuit Qui duo qui septē totū qui subdidit o: bez Sci
re suū mores dare vel retinere nequit Iste liber solet vocari apud lit
teratos de parabolis. Et d̄: parabola a para qd̄ ē iuxta. 7 bole scia.
q̄si iuxta sciam Ite in p̄ncipio huius libri tria sūt inquirenda. Pri
mo q̄ 7 quot sunt cause huius libri. Scdo quis est titulus huius li
bri Et terciō cui pre philosophiē supponit Duo ad p̄mū ē sciendū
q̄ q̄tuor sunt cause hui⁹ libri. s. efficiēs. materialis. formal. 7 final.
Cā nō efficiēs fuit venerabil maḡ Alanus de quo imediate supius
dcm̄ ē. Cā ei material̄ ē bōa 7 vtil̄ doctna. 7 pabolaz siue exēplorū
positio. vt i ip̄o p̄ncip̄. Cā at̄ formal̄ ē modus p̄cedendi metric⁹ Et
causa final̄ ē duplex. scz grāmatical̄. et moral̄. Causa finalis grāma
ticalis ē. vt plecto isto libro ac b̄n̄ intellecto terminoz multoz notis
ciā ac multas declinationes seu modos significādi habeamus Cau
sa vero finalis moralis ē. vt isto libro plecto ac bene intellecto bonis
moribz atqz s̄rutibz adhereamus Quo ad secūdū sciendū. q̄ titulus
presentis opis est. Incipit liber maḡri Alani de pabol̄ Uel sic fm̄
alios Incipit doctrinale maḡri Alani de pabal̄. vel sic Incipiūt pa/
bole maḡistri Alani Quo ad terciū sciendū. q̄ ē distinguendū cui p̄ri
philosophiē supponit. qz vel legit grāmaticaliter solū. 7 sic supponi
tur philosophiē moralī rationalī Uel legit realiter vt scz est cā scien
tie vel doctrine. et sic supponit philosophiē moralī simpliciter Dis
ergo vltis sciendū ē q̄ iste liber diuidit̄ in sex ptes siue in sex capitula
fm̄ q̄ diuersimode procedit. scz fm̄ diuersam cūtionem metrozū

Doctrinale Altum

Primum capi. pcedit p. 8. binos: et incipit in principio et durat vsqz ad illa pte (Lucas) Secm capi. pcedit p. 8. quaternos. et incipit ibi (Lucas) et finit ibi (No teneas aux) Terciu. pcedit p. 8. sextenos et incipit ibi (No teneas) et durat vsqz ibi (Non bene pedib) Quartu ca. pcedit p. octo. 8. sus et incipit ibi (No bn) et durat vsqz ibi (No sunt dig col) qui. pcedit p. 8. dnos. et incipit ibi (No ff dig) et durat vsqz ibi (Si qs arare) Sex. ca. procedit p. duodenos. 8. sus. et incipit ibi (Si qs:) et durat vsqz ad finē. Quodlibet aut caplm diuiditur i tot pres: quot in eodem sunt parabole. vt patebit in processu

Capitulum primum

Aphebo phebe lumen capit. a sapiente
Insipiens sensum. quo quasi luce micat

¶ Dic autor profect iuuu itēru. et pmo ponit pabolā di. q. sicut luna sumit lumē suū a se. sic insipies d. sumere sensu siue sapiētiā et bonaz doctrinā a sapiente viro. Lon. (phebe). i. luna (capit lumē). i. claritatē (a phebo). i. a sole. sic (insipies capit sensum) id est sapiētiā (a sapie re quo micat) id est resplendet (quasi luce)

Nil aliud nisi se valet ardens ethna cremare

Sic se non alios inuidus igne coquit

¶ Ponit aliā pabolā di. q. ethna ē mōs i sicilia sp ardēs nec p̄t ardere alios mōres nisi seipm. sic ē de mundo. q. cupiēs aliena et dolens de p̄spertis p̄tmi vrit et coqt seipm i igne doloris et tristicie nihil nocēs alijs nisi sibī p̄i. Lon. (ethna). i. t̄lis mōs (ardēs. ml) p̄ n̄ et aliqd. n̄ (vz) .i. n̄ p̄t (cremare) aliqd (nisi se. iuid⁹ coqt se sic). i. t̄r. et n̄ coqt (alios)

Sus se sorde leuat saltem dum colligit escas

Cur nunq̄s surgit sorde volutus homo

¶ Ponit aliā pabolā di. q. illud aīal sus surgit de sorde siue de palude saltē dū vult p̄medre. quare ḡ hō iuolut⁹ sorde. i. pctis n̄ surgit a peccato. scz p̄ p̄ritōez. cōfessione. et satisfactōz. Lon. (Sus surgit a sorde saltē dū colligit). i. cōgregat (escas. cur nunq̄s) p̄ nō et vnq̄s (hō volut⁹) .i. inuolutus (sorde) id est peccato (nō surgit) scz a peccato

Utribus antiquis vinum p̄mittere noli

Nec senibus sensum. quem retinere velis

¶ Ponit aliā parabolā dicens. q. sicut in vasis antiquis vinū ponere non debemus. ne forte vetustate vasis siue putredine vinum pereat siue vastetur. ita et sensum nostrz siue secretum quē volum⁹ celare nō debemus releuare senibz. qz vt ait catho. sensus puerilis est in illis

¶ Cōstrue. supple tu (noli committere) id est immittere (vinum vtribz)

Parabolarum Alani

Sciās nec vel pmittere (scīū). i. secretū (quē vel trinere seibo) su. hoībo

Quiritur in vetium. q̄ in agros defluat equor

Sic inuit illicitū q̄ cito peccat homo

Doit aliā pabolā dī. q̄ si mare deflueret p cāpos intraret i locū sibi p
bibitū. i. icogruuz. q̄ tal nō ē loc⁹ ei⁹ **S**ilr hō q̄ cito peccat intret in
pctm sibi. phibitū adeo. **Lō** (eq̄z nūtrī) supple intrare (i vetitū supple lo
cū) q̄ defluat i agros. sic hō inuit. i. intrat (illicitū q̄ cito peccat)

Stultior est stulto. qui mādat ballama cribro

Et verbis pleno verba tacenda viro.

Doit aliā pabolā dī. q̄ ille ē bñ stult⁹ q̄ mādat. i. imittit. z comēdat
ballama. i. p̄ciosa aromata v̄l ynguēta cribro. q̄ cū cribro pdit totū
Silr ille nō ē sapiēs q̄ mādat l' dī r̄ba tacēda viro loq̄ci z adulatori
Lō. supple ille ē (stultior stulto q̄ mādat). i. imittit (ballama) i. aro/
mata (p̄ciosa cribro) **E**t ille supple est stultior stulto qui (mādat ver
ba tacēda viro) id est homini pleno verbis

Sepe viatorem noua non vetus orbita fallit

Sic socius socium non vetus. immo nouus

Doit aliā pabolā dī. q̄ sicut via antiq̄ siue cois nō decipit viatorē: s̄
via noua. i. nouit fctā. sicut sūt semite z methodi. q̄ sepe deuiāt via
torē. **S**ic silr soci⁹ antiq̄. i. ab antiq̄tate nor⁹ nō decipit sociū suū: s̄
soci⁹ nou⁹ z nouit fctis bñ decipit: q̄re meli⁹ debem⁹ diligere socios
antiq̄s q̄ nouos. z cū ip̄is fiducia h̄rē. **Lō** (orbita). i. via noua (fallit se
pe viatorē) s̄ via (vet⁹) supple nō fallit **S**ic soci⁹ vet⁹. i. ab antiq̄ ac
quisitus non fallit (immo nouus) supple socius fallit.

Non est in speculo res que specularur in illo

Eminet z non est in muliere fides

Au. docet nos p istā pabolā vitare mulieres dī. q̄ sicut res q̄ videt
eē i speculo nō ē ibi. sic fides q̄ videt eē i muliere nō ē ea. **Lō.** (res q̄
specularur in speculo non est in illo) scilicet speculo: nā (fides eminet)
id est apparet (in muliere. z non est) supple in illa muliere

In sterili steriles aratrum facit aggere sulcos

Et labor in miseris est sine fruge scolis

Vic autor docet nos fugere quas scholas z vbi nō sunt boni z sapiē
tes m̄grī. sed accedere ad bona studia siue vniuersalitates vbi. f. sūt
m̄grī sapiētes z puidī. dicēs q̄ aratrū facit rigas iuriles i agro sterili
i. nō fertili **I**ta silr clerī⁹ laborās siue studēs i scholis miseris nihil
pdest. **Lō.** (aratrū facit sulcos). i. rigas (steriles). i. nō fertiles i agro

ij

Doctrinale Altum

(sterili) id ē non fertili lapidoso (z labor est sine fruge) id ē sine fructu
siue vtilitate (in scholis miseris)

De minimis granis fit grādis summa caballi

De breuibus mendis non veniale malum

Pōit aliā pabolā dī. sicut magn⁹ equ⁹ fit z nutr⁹ de minimis gnis
ita pctm̄ mortale siue magnū pctm̄ p̄t gnari z pcedere ex multis ve
nialib⁹. Lō. (grādis summa caballi). i. equi (fit de granis minimis
sic malū non veniale) inimo mortale vel magnum (fit de mendis) id
ē de offensis vel pctis breuib⁹) id est paruis

Non sibi sed reliquis aries sua vellera portat

Sic alijs vnit semp auarus opes

Pōit aliā pabolā p quā docz nos vitare auaritiā. dicēs. q̄ aries siue
muto portat lanā suā p alijs z nō p se. sic z auar⁹ diuitias p alijs ac
q̄rit z nō p se. qz nihil audz exponere. imo q̄ro pl⁹ hz tāto pl⁹ cupit

Lō. (aries). i. muto (nō portat sua vellera). i. suā lanā (sibi). i. p se: s̄
supple portat (p reliq̄s) s̄z hoib⁹ (Sic auar⁹ vnit). i. aggregat (sp opes
Nō leuiter velli q̄t ab vnco qd̄ tenz ille (alijs) s̄z hoib⁹

Rec es a loculo. quod tenet alta manus

Pō. ali. pabolā dī. q̄ sicut illd̄ qd̄ tenet ab vnco. i. a tali instrum̄to fer
reo: vix p̄t euelli. ita s̄l̄r qn̄ auz z argētū tenet p man⁹ auari. vix p̄t
ab eo recuperari vel haberi. Lō. (supple aliqd̄ nō p̄t (velli). i. remo
ri (leuit ab vnco). i. ab illo instrum̄to (qd̄ ille) s̄z vnc⁹ (tenz. es). i. aurū
z argētū (qd̄ man⁹ arca). i. auara t̄z nō p̄t (velli). i. euelli (a loculo. i.
Mille viris p̄bere p̄t pincerna lieum (a bursa

Pocula doctrine pluribus vnus homo

Pōit aliā pabolā dī. q̄ sicut pincerna p̄t dare vinū mille vir⁹ z plu
rib⁹. ita vn⁹ hō plures p̄t istruere z docere. Lō. (pincerna p̄t p̄bere)
. i. dare (lieum). i. vinū (mille vir⁹. vn⁹ hō) supple p̄t p̄bere (pocula do
ctrine plurib⁹) supple hominib⁹

Accipit z nūq̄ reddit mare scilla receptum

Sic rapit z retinet debitor era malus

Pōit aliā pabolā dī. q̄ scilla. i. piculū marinū. qd̄ sp̄ recipit aquam
mar⁹ z nūq̄ emittit aquā. qz aq̄ igressa piculū nūq̄ reuertit ab illo
sic debitor mal⁹ sp̄ recipit pecunias z alias diuitias iquātū p̄t. z nū
q̄ reddit. Lō. (scilla). i. piculū mar⁹ accipit. i. recipit (mare). i. aqm̄
mar⁹ (z nūq̄) pro z vnq̄. nō (reddit) vnq̄ (receptū) s̄z aquā itroductā
sibi (malus debitor rapit z retinet era). i. pecunias (sic) id est taliter

Parabolarum Alani

Non leuiter coreo canis absterretur ab uncto

Nec nebula discodum satietur eo

Ponit aliā pabolā di. q̄ si canis portet v̄l comedat coriū unctū siue pingue vel carnes pingues. v̄l p̄t ille canis ab illa pinguedine remoueri. S̄ ilr hō gulosus non vult dimittere discū plenu epulis siue mēsam nisi fuerit satur z plenus. **Con.** (canis nō trahit leuiter a corio uncto). i. pinguis (nec nebulo). i. gulosus trahitur leuiter a (discodum satietur eo) sc̄z disco.

Sub molli pastore lupus lanā cacat. z grex

In custoditus dilaceratur eo

Ponit aliā pabolā di. q̄ sicut lupus deuorat leuiter oues q̄ sunt sub pastore pigro molli ac ignaro. Ita s̄ ilr diabolus deuorat oues. s. chri stianos. q̄ regunt p̄ pastorem pigrum z mollem. s. p̄ malū plarū seu curatū q̄ nō curat de ouibz. i. de aiabz suor̄z subditoz. **Con.** (lupus cacat lanā sub pastore molli) id est pigro (z grex incustoditus dilaceratur) id est deuoratur (eo) sc̄z lupo.

Clarior est solito post maxima nubila phebuz

Post inimicicias clarior est z amor

Ponit aliā pabolā di. q̄ sicut sol ē clarior z lucidior post tpa nubilo sa z obscura sicut post pluuias z niues. sic etiā amor inf̄ hoies ē dulcior z feruētior post inimicicias seu lites z iurgia. **Con.** (phebuz) id est sol (ē clarior). i. lucidior (solito). i. more solito (post maxia nubila) id est post tpa opaca. z (amor ē clarior post iimicicias). i. ē dulcior p̄ lites

Loricam duram possunt penetrare sagitte

Sic cor derisum z mala verba meum

Ponit aliā pabolā di. q̄ sicut sagitte p̄t penetrare lorica durā. ita et mala v̄ba p̄t penetrare cor sapiēt̄. **Con.** (sagitte p̄t penetrare lorica durā). i. arma q̄dā (sic derisum z mala v̄ba p̄t penetrare cor meū)

Subtrahere ligna foco si vis extinguere flammaz

Sic carnis motus. ocia. vīna. dapes.

Autoz p̄t aliā pabolā di. q̄ sicut volēs ignē extinguere necē ē eum subtrahere ligna ab igne. ita s̄ ilr si velimus motus carnis extinguere. v̄l luxuriā ebrietatez z alias voluptates nos vitare decet ocia et vīna z abūdātiām epulaz. qz illa generant vitia. **Con.** (si vis extinguere flāmas). i. ignē (subtrahere ligna foco). i. ab igne. et supple si vis extinguere (motus carnis. subtrahere ocia vīna dapes). i. voluptates

Firmiter in portu puppim tenet anchora morsu

Doctrinale Altum

Sic in proposito spes rata corda suo

Ponit aliā pabolā dī. q̄ anchora ē q̄ddaz istrumētū qd̄ missuz in ma-
ri se figit i terrā 2 ibidē retinz firmis nauē. Ita silt̄ hō bñs bonā sp̄z
i se: firmat cor suū i bono pposito. 2 ibidē illud sp̄ tenet. **Lō.** (āchora)
.i. illud istrumētū (2 for: nif puppē). i. nauē (in portu). i. i mari (morlu)
scz suo (spes rata). i. firma 2 (sic) id ē talis (corda in suo pposito

Ripa retentat aquas pelagi. ne migret in arua

Sic tenet irati frena modesta manus

Ponit aliā pabolā dī. q̄ sicut ripa maris 2 aq̄s maris ne fluāt p ar-
ua 2 ne pagrēt m̄ idū. sic 2 manus modesta scz rō 2 frena. i. voluntatē
irati **Lō.** (ripa retētat). i. retinet (aquā) pelagi id ē maris (ne migret)
id ē trāseat (in arua) id ē in cāpos. 2 (manus) id ē ratiō (irati. retentat)
id est retinet (frena) hoīs supple irati voluntatem

Sepe cicatrices in vulnera prisca resurgunt

Ad mala facta sui gens male sana redit

Ponit aliā pabolā dī. q̄ nos videm⁹ sepe cicatrices resurgere i vulne-
ra antiq̄: sic etiā hō malus postq̄ salu⁹ fact⁹ ē a peccō adhuc redit ad
illud malū **Lō.** (cicatrices resurgūt sepe). i. reuertitur (in vulnera
prisca) id ē p̄stina (gens male sana). i. mala (redit ad mala scā). i. peccā

Fragrantes vicina rosas vitica perurit

Et iustos semper turbat iniquus homo

Po. ali. pabo. d. q̄ vitica vicina ros facit illas vi. sic etiā hoīs mali
vastāt 2 t̄bāt bonos **Lō.** (vitica yicia). i. p̄pinq̄ ros (purit rosas fra-
grātes). i. odorātes (et iiqu⁹ hō). i. malus (turbat sp̄ iustos). i. bonos

In palea dum grana iacent immunda videntur

Est similis prauis. qui manet inter eos

Ponit aliā pabolā dī. q̄ sicut grana q̄ iacēt inter paleas vident̄ im-
mūda. ita hō q̄ p̄uersat̄ inf̄ malos hoīs videt̄ eē mal⁹: q̄re p̄sortia
reproboz fugere debem⁹ **Lō.** (dū) p̄ q̄n (grana iacēt i palea videt̄
im̄ idā) hō supple (ē filis p̄uis). s. hoīb⁹ (q̄ manet inf̄ eos). s. hoīs

Ictibus undarum rupes immota resistit

Et bonus assiduis fluctibus omnis homo

Ponit aliā pabolā dī. q̄ sicut rupes firma resistit fluctib⁹ 2 vndis a-
q̄z: ita hō bonus 2 iustus resistit oībz aduersitatib⁹ 2 peccis mūdi
Lō. (rupis imota). i. immobilis (resistit ictib⁹ vndaz). i. aquaz (Et bo-
nus homo resistit fluctib⁹ assiduis) id est aduersitatib⁹ mundanis
siue peccatis.

Parabolaz Alani

Mobile cū vento folium volat arbore captum

Sic mens instabilis semper ut aura volat

Ponit aliā pabolā di. q. folia ab arboribz cadētia cū vēto volāt. Sic mens instabil' hoīs sp. variat' z nūqz ī eodē statu pmanz. Lon. (foliū mobile raptū ab arbore volat cū vēto. sic mens instabil' volat). i. discurret. (vt aura) id est ventus

Stultus qui puppem sine regimine ducit in altum

Et sine subsidio qui graue sumit onus

Ponit aliā pabolā di. q. stult' ē q. ducit nauē ī pfundū aq. sine remis. Sic ille ē stult' q. sumit on' nimis graue sine subsidio vel adiutorio. vt q. assumit scholas regere sine scia l' q. psumit studere sine libris. Lon. supple ille (q. ducit puppē). i. nauē (in altū). i. ī pfundū aq. (sine remis). i. sine remis (ē stult') z supple (qui sumit onus graue sine subsidio) est stultus

Per patulas rimas sol luceus intrat in edem

Contra p auriculas dogma docentis inuit

Ponit aliā pabolā d. q. sicut sol intrat p puas aperturas recti. sic doctrina siue scia intrat ī corda pueroz p auriculas. Lon. (sol lucēs intrat in edē). i. ī domū (p patulas rimas). i. p aperturas scissuras sic (dogma docentis). i. doctrina ingri (inuit). i. intrat (corda p auriculas). i. p aures

Multotiens captū trahit hamus ab equore pisces

Sed bona verba mali nullus ab ore trahet

Ponit aliā pabolā di. q. piscatores bñ trahūt pisces ab aq. hamo mediāte. sed null' pōt hñe seu trahere bona vba ab ore mali hoīs

Lon. (hamus trahit multoties piscē captū ab equore). i. ex mari vlt aqua (Sed nullus trahet bona vba ab ore mali) supple hoīs

Pauperat z ditat talorum casibz vlpsum

Alea sed vetat ut magis fiat inops

Ponit aliā pabolā di. q. vlpsum fuit. qdā lufor. q. pfl ludū alearu cartularaz tafilloz z alioz ludoz erat qñqz paup z qñqz diues. sed sepi' erat paup qz diues. qz qñ diues erat facilis efficiebat paup. s. qñ paup erat vix diues ēē poterat ob defcū pecuniaz. qz nō hēbat p ludo exercēdo. nā deficiēte cā deficit z effcū. Lon. (Alea pauperat z ditat vlpsum) illū viz (casibz). i. cuētibz (taloz). i. tafilloz (sed vetat). i. ordinar vel pmittit (magis) id est magis vt fiat inops). i. pauper. vñ. Ludere cū talis nō est res spiritualis

Extincti cineres si apponas sulphura uiuent

Doctrinale Altum

Sic vetus apposita mente calescit amor

Pōit aliā pabolā dī. q̄ q̄uis ignis sit extict⁹ si apponat sulphur s̄ cineres calidos ignis iuincet. s̄ si amor vet⁹ remoueret itez renouat. 7 sic hō recipit amare. **Co.** (Exticti cineres viuēt si apponas). i. addas (sulphura. sic amor vet⁹ calescit). i. incipit ardere (mēte apposita)

Dura caribdis aquas bibit 7 vomit oibus horis

Sic dat sic aufert fors sua dona viris

Pōit aliā para. dī. q̄ q̄dā piculū marinū q̄ vocat caribdis ē tal nature. q̄ illd q̄ bibit cito euomit. ita s̄ fortuna dat bona viris 7 aufert eis bona q̄ dedit. **Lon.** (caribdis dura) illd crudele piculū marinū (bibit 7 vomit). i. attrahit 7 euomit (aqs oib⁹ hor⁹. sic fors). i. fortuna (dat et aufert sic sua dona viris) id est hoib⁹

Currere cogit equū sub milite calcar acutū

Et puez studio virga vacare sua

Pōit aliā pabolā dī. q̄ sicut calcar acutū cogit equū cito currere s̄ eate. S̄ si aspera s̄ga cogit iuuenē ad studēdū. **Lon.** (calcar acutus cogit equū currere sub milite. Et s̄ga facit puez vacare studio) suo

Non perit ipse sua propria qui nauigat aura

Nec vir qui ppria degere debet ope

Pōit aliā pabolā dī. q̄ ille q̄ sua ppria vrit volūtate n̄ sp̄ perit. s̄ ille q̄ sua nō vrit pp̄a volūtate sicut ē paup nō sp̄ perit. iō sperare debem⁹ l⁹ paupes sumus. **Lon.** (ipse q̄ nauigat pp̄a aura). i. q̄ vadit pp̄a volūtate (nō perit) sp̄. **Nec** p 7 nō. 7 (vir q̄ dz degere). i. viuere i pauprate (pp̄a ope). i. pp̄io labore (nō perit)

Trāquillum nequit esse fretum dū peste mouet

Nec māsuetus homo dum mouet ira ietur

Pōit aliā pabolā dī. q̄ mare n̄ p̄t eē firmū 7 stabile dū mouet tēpe stare 7 v̄to 7 ipetuositate. sic nec hō māsuetus 7 pacific⁹ eē p̄t dū p̄ irā 7 mouet. **Lon.** (fretū). i. mare (neq̄t eē trāq̄llū). i. q̄erū sine stabile (dū mouet). i. 7 mouet (peste). i. tēpestate (nec) p 7 nō 7 hō māsuetus. i. pacific⁹. supple n̄ p̄t eē trāq̄ll⁹ (dū ira mouet). i. 7 mouet (ietur). i. cor hois

Cur aperit portā qui claudere non valet illā

Cur mihi rem spondet q̄ dare nequit eam

Pōit aliā pabolā dī. q̄ nos nō pmittam⁹ aliqd si nō velim⁹ tenere 7 si sit iniustū nō debem⁹ pmittere. 7 d̄t. **Cur** apit portā ille q̄ nō p̄t eā claudere. 7 cur pmittit ille q̄ nō p̄t tenere. **Co.** (Cur). i. q̄re. supple ille apit portā q̄ n̄ v̄z claudere illā). i. portā. 7 supple ille (Cur spondet). i.

Parabolarnm Alaní

pmittit (mibi re qui nequit). i. nō p̄r (dare eā) sc̄z rē promissaz

Cōcipit vt pariat mulier dū venerit hora

Tu quoq; suscipiens des aliquando mihi

Pōit aliā pabolā dī. q; mulier p̄cipit vt pariat dū tps affuerit. s̄l̄r si tu suscipias ab aliq; dona aliq; des etiā aliqñ dū loc⁹ affuerit d̄ tuis bonis ei donū aliq; resbuere **Lō.** (mulier p̄cipit vt pariat dū hora venerit). i. p̄cedi (q;3) p̄ 2. 7 (tu suscipies aliq; d) a me (des aliqñ m̄) aliq; d

Nulla potest sedare sitim flagrantibus vnda

Copia nec cupidi cor satiare viri

Pōit aliā pabolā dī. q; nulla aqua p̄r auferre sitim ab hoib; epate calidis. sicut sunt hydropici **Silr** nulla abundātia bonoz ipalium 7 diuitiaz p̄r satiare cor hois cupidi siue auari **Lon.** (Nulla vnda) i. aq; p̄r sedare). i. satiare (sitim) hoib; (flagrātib;) sc̄z epate (nec copia) id ē abundātia supple diuitiaz (pōt satiare cor cupidi) i. auari hois.

Vipera virus habet. que cum calet illud euomit

Claude sinū prohibe. ne calefiat ibi

Pōit aliā pabolā dī. q; vipera est serpens hñs venenū q; cū calet siue qñ irascit euomit siue emittit illud p̄ os. quare claude sinū tuū ne ille serpens intret ibi. quasi diceret q; prauē cogitatōes hñt viri. i. effe; cū mali q; cū calent. i. delectāt euomit illud virus. i. suū effectū. 7 in de p̄ouenit malū siue p̄cc̄ss̄. quare debes claudere tuā mētē. ne prauē cogitatōes intrēt illam **Lon.** (Vipera h; virus) id ē venenū (que) sc̄z vipera (cum calet). i. irascit (euomit illud) sc̄z venenū (claude sinū) supple cor tuū. i. tuū (prohibe ne) sup. venenū (calefiat ibi) i. i cor d̄ tuo

De nuce fit corplus. de glande fit ardua quercus

De parua puera sepe peritus homo

Pōit aliā pabolā dī. q; sicut de parua nuce 7 de puā glāde fiūt magne arbores. ita de vno puo puero sepe fit hō magn⁹ sapiēs 7 potēs. qre pueros floccipēdere nō debem⁹ **Lon.** (coryl⁹ fit de nuce). i. de fructu nucis. 7 de glāde fit quercus ardua) id est alta **Sili** (homo peritus) id est sapiens fit (sepe de puo puero)

Futile vas fundit. sincerū vina retentat

Sic audita tenet mens bona. fundit hebes

Pōit aliā pabolā dī. q; vas futile. i. fractū effundit vinū; sed vas sincerū. i. integrū retinet vinū 7 nō pdit illud. sic mēs bona retin; bonas doctrīnas 7 bonos mores. 7 mēs hebes obliuiscit illos **Lō** (vas futile). i. fractū (fundit). i. effundit (vina) sed vas (sincerū). i. itegz (retētat) id retin; vina (Sic mēs bona tenet) audita. i. bonos monitūs. 7 mens (hebes) id ē stōlida (fundit). i. obliuiscit. supple audita

Doctrinale Altum

In nihilum nix alta fluit. si desuper ymber

Decidat. et vicio fama perempta perit

Ponit aliā pabolā dī. q̄ uix alta z magna stritur ī nihilum pluuisa desuper cadente. Silt̄ bona fama et bonū nomē depditur vicio ad ueniēte z illā denigrāte. Lon. (nix alta) id ē magna (fluit). i. stritur (in nihilū. si ymber). i. pluuisa (decidat). i. cadat (desup) id ē de celo. Sic (z fama pēpta). i. diffamata l' destructa (vicio perit). i. crimie depdit

Stratus humi palmes subeuntibus indiget vlmis

Indiget auxilio diuitis omnis inops

Ponit aliā pabolā dī. q̄ palmes siue pal' idiget virgīs vlmī. i. illi' magne arboris. vt idē erect' sustineatur. z cū alijs palmitib' sit li' gar' siue fortificet. Silt̄ ois hō paup' auxilio diuitis idigz vt inde sustineat z viuat. Lon. (palmes strat') .i. pstrat' (humi). i. a terra. indiget vlmis (illis arborib' subeuntib') .i. sustētātib' ipm palmitē. scz p suas fgulas. Sic (ois inops). i. ois hō paup' (idigz auxilio diuitis)

Non possum cohibere canem. quin latret vbiqz

Nec queo mendaci claudere labra viro

Ponit aliā pabolā dī. q̄ hō nō p̄r phibere canem quin latret vbiqz Silt̄ nullus p̄r phibere viz mēdacē quin mētiat vbiqz // Lon. ego (nō possum cohibere). i. phibere (canē quin latret vbiqz). i. in oī loco (ne) p z nō. z nō (queo claudere labra). i. labia siue os (viro mēdaci)

Fumum non ignem iaculatur ab ore caminus

Colloquio non re liuor obesse potest

Ponit aliā pabolā dī. q̄ caminus .i. fornellus euomit fumū tm̄ z n̄ ignē. Silt̄ iuidus nō p̄r nocere nisi colloq̄o. z nō emittit nisi solū vētū ab ore quē pdit. Lon. (camin') .i. fornellus (iaculat') .i. euomit (ab ore fumū) z (non) iaculat' ignē. Sic (liuor). i. inuidia (p̄r obesse) id est nocere (colloquio) id est s̄bis (z non re) id est de facto

Non domus sed dominus laudetur. si bonus is sit

Sinautem dominum spernimus atqz domum

Ponit aliā pabolā dī. q̄ si aliq̄s dñs vel magister alic' dom' sit bos nus debem' laudare dñm z nō domū. S; si sit malus z domun. et dñm spernere debem' Lon. (dñs) supple alic' dom' (laudat' z non domus. si is) scz dñs 'sit bon'. Sinautem) p̄r z p̄ sed et p̄ nō. S; si dñs non sit bonus. nos (spernimus dominum atqz domum)

Non ibis rostrum. non ardea deserit anunt

Non leuiter vicium. dum facit illud homo

Doctrinale Altum

diuinitē in corz et potētie p̄terire nūc q̄si somnia vidētur. qz in nihilā sunt redacte. **Lon.** (fārasma). i. somniū (apparet v̄ris. s̄z qd̄ fuit añ) . i. p̄us (nihil. v̄rit̄ rursus). i. iterato (in nihilū. ab illis) s̄z hoībz sine v̄ris somniātibz (gl̄a c̄sus). i. diuinit̄az (fugitiui adest et abest sic). i. taliter (que) supple gloria (non adueniat) id est non aduenit prius (q̄ eat) id est recedat (quali somnus) id est ad modum somni

Dum calor est et pulchra dies formica laborat

Ne pereat dum nix venerit alta fame

Sic iuuenis dū tēpus habet sudoribus aptum

Querat. quā possit lassā senecta frui

Ponit aliā pabolā di. q̄ formica estate calida dieqz clāro vigēte in cessantē p̄victu laborat suāqz p̄ulsionē faciēs nidū suū granis replet vt dū h̄yēs aduenerit et nix sup̄ terrā ceciderit deinde viuere possit absqz laborē. **Sil̄** iuuenis dū tēp̄ h̄z et corp̄ aptū laboribz incessanter laborare debz vt senectute adueniēte de suis p̄p̄rijs laboribz sine opp̄rio viuat et nutriat̄. **Lon.** (formica laborat. dū) p̄ qm̄ calor est et pulchra dies). i. qm̄ estas ē (ne pereat fame). i. ne deficiat (dū nix alt̄a venerit. sic iuuenis q̄rat) supple illud (q̄ senecta lassā). i. tpe senectutis (possit frui). i. vt (dū) p̄ qm̄ (habeat tēp̄ aptū). i. p̄ueniēs (sudoribus). i. laboribz. vñ legunt̄ tales & lus. **Dum iuuenes estis et tēpus habere potestis. Cur non addiscitis ne vñqz bestia sitis**

Non adeo sublime leuat leuis ala volucrum

Quin̄ redeat rursus rura relicta petens

Non ita subuectos rota surgens tollit in altum

Quin̄ vergens illos rursus ad ima ferat

Ponit aliā pabolā di. q̄ ala nō in t̄m̄ eleuat suā volucrē in altū quā adhuc speret ad ima loca redire. s̄z ad terrā. **Sil̄** rota fortune nō in t̄m̄ eleuat hoīez qm̄ adhuc possz illū dep̄mere et ad ima loca reducere. **Lon.** (ala leuis n̄ leuat volucrē). i. auē (adeo s̄blime). i. tā alte (qm̄ redeat rur̄ petēs rura relicta). i. qm̄ reueniat ad p̄ta dimissa (sic rota) supple fortune (surgēs n̄ tollit). i. n̄ portat (i altū subuectos). i. s̄bleuatos (sibi ita). i. it̄m̄ (qm̄ h̄gēs). i. portās) l̄s ferat rur̄ ad ima). i. ad bassa

Ebrius ante bibit q̄s nauseat. ante ligurrit

Qz vomat ante leuat q̄s pede firmius eat

Non sic in nobis. nec est sic ordo retentus

Ante docere modū q̄s didicisse iuuat

Ponit aliā pabolā di. q̄ ebri⁹ bibit añqz nauseat. et gulosus p̄me/

Parabolarū Alani

dit anq̄s vomat. z hō surgit anq̄s vadat. s; hic ordo n̄ ē in hōib; q; a
liq̄ volūt citi⁹ eē mārī anq̄s s; discipli. z citi⁹ dñi q̄s fuit. z sic d̄ alijs
Non. Ebrius bibit anteq̄s nauſeat. z ligurrit anteq̄s vomat. z leuat)
id est surgit (anteq̄s eat firmus pede. non) supple est (sic in nobis. nec
ordo retentus sic in nobis iuuat modo docere anteq̄s didicisse)

Non emitur care res legibus emptā forozum

Venditor et emptor sunt tibi mente pares

Sed nihil est sub celo quod sit carius emptum

q̄ quod emunt longe fronte rubente preces

Ponit aliā pabolā di. q; res ēpra legib; foroz. id est realē ad modū
mercātiāz ī foro siue nūdīnib; n̄ emit care s; nihil ē ēprū cari⁹ s; ce
lo q̄ illd̄ qd̄ p lōgas p̄ces emit z maxia verecūdia. **Lō.** (res ēpra legi
bus). i. s; uetudīnib; foroz n̄ emit care. v̄dītoz z ēptoz sunt ibi pa/
res mēte). i. p̄cordēs (**Sed nihil ē sub celo qd̄ sit emptū cari⁹.** q̄ qd̄
longe preces emunt. fronte) id est facie (rubente) id est verecundante

Dentibus attritas rursus bos ruminat herbas

Ut totiens trite sint alimenta sibi

Sic documenta tui si vis retinere magistri

Sepe recordaris. que semel aure capis

Pōit aliā pabolā di. q; sicut bos herbas p̄ eū comestas sepius ru
minat z attrit; vt sic attrite leui⁹ ille herbe ī stomacho dīgerāt. **Sic**
sitr si tu vel retinere documēta tui doctoꝝ q̄ semel ab eo audiisti. ne
celse ē vt ea sepe recorderi ī aīo tuo. **Lō.** (bos ruminat rursuz herbas
attritas dētib; vt) supple herbe) trite toties sint alimēta). i. nutrimen
ta sibi (**Sic recorderis sepe documenta tui magistri que capis**) id est
concipis (aure) id est per aurem (si vis retinere)

Follibus inclusas faber improbus excitat auras

Dum ferrum durum molliat ipse focus

Sic ortus furor intus agit precordia stulti

Dum reddit molles litis agone vires

Pōit aliā pabolā di. q; faber excitat vētū iclusuz ī follib; ī ignē quif
q; ferz ep̄is ī igne fiat molle **Sic furor iclusuz ī corde agit corp⁹**
hoīs ī litis agone: quifq; ip̄m corp⁹ molliat z fiat debile: z hō fiat q̄i
mut⁹ z isensat⁹. **Lon.** (faber ip̄robo excitat auras). i. vētū (iclusuz fol
lib;). i. ill' instrumēt; (dū ip̄e foc⁹ molliat ferz duz. **Sic furor**). i. ira
(ortus intus agit) id est agit (precordia stulti) hominis (dum) id est
donec (reddit vires molles agone litis)

Voce molozorum latebris arcentur onagri

Et tū et ipse canū dente tūmendus aper

Sic z presbyteri viciosos vrgere debent

Et nisi peniteat ense ferire dei

Doctrinale Altum

Ponit aliā pabolā dī. q̄ asini siluestres voce leporariorū cogūt exire
larebras siue foueas. ⁊ etiā aper qd̄ ē aīal valde timēdū silr̄ exīt foue
am canibz̄ mordētibz̄ eū. Silr̄ presbyteri q̄ sunt canes ecclesiā custo
diētes. vitiosos ⁊ malos hoīes q̄rere debēt ⁊ illos castigare dēte. i. ser
mone. ⁊ nisi se velīt emēdare debent eos ense iusticie punire. yr̄ alijs
cedat in exēplū // Lon. (onagri). i. asini siluestres (arcēt). i. cogūt (exire
larebris). i. a locis obscuris (voce molosoz). i. illoz magnoz canū (et
aper). i. porc̄ siluestris (timēdū). i. metuēdū (exīt dēte canū). i. canibz̄
eū mordētibz̄ (sic presbyteri debēt arguere vitiosos) supple hoīes. ⁊ nī
sī ip̄i vitiosi peniteāt. presbyteri (dnt̄ vitiosos ferire ense dī). i. iusticia

Et diues atq; miser fuit olim rex mida diues

Auro. sed vite pditione miser

Sic custos census. sic omnis viuūt auarus

Dum nihil ⁊ multum possidet ipse boni

Ponit aliā pabolā dī. q̄ sicut rex Mida sic appellat̄ fuit potēs ⁊ p̄
maxie diues ⁊ plen̄ opibz̄ mūdānis: sed fuit miser ⁊ paup̄ pditione
sue vite. Sic auar̄ ⁊ custos cēsus multa t̄palia possidz̄ bona ⁊ tñ nil
boni possidet. cū scipm̄ nō possideat Lō. (rex) Mida fuit oli diues et
miser fuit inq̄ diues auro: s; nīf̄ pditōe vite. sic omnis custos cēsus
id est pecunie (viuūt sic). i. talit̄ ⁊ oīs auar̄ sic: dū ip̄e. i. auar̄ (possi
det multū: ⁊ nihil) p̄ nō ⁊ aliqd̄. ⁊ nō (possidet) aliqd̄ (boni)

Hesperus astroz se prefert vespere primum

Et facit immensum quo micat ipse iubar

Sic cito non tarde se monstrat egentibus ille

Qui clarum gemini lumen amoris habet

Ponit aliā pabolā dī. q̄ hesper̄ ē qdā stella q̄ p̄cedit alias stellas i ve
spe. ⁊ p̄mo mōstrat hoībz̄ q̄ alie stelle. ⁊ de se tantā claritatē emitte
ac si ceteris stell̄ ⁊ toti mūdo suā claritatē p̄bere vellz̄ Silr̄ vir scūs ⁊
iust̄ ac amic̄ cordial̄ se oīdit paup̄ibz̄. ⁊ eoz̄ amic̄ q̄tociū p̄t eis
sua bōa disp̄git ⁊ iuxta possibilitatē suā succurrere parat̄ ē Lō. (he/
sper̄) illa stella (p̄fert se p̄mū astroz vesp̄e ⁊ facit iubar imēsus q̄ ip̄e). i.
hesper̄ (micat. sic ille mōstrat se egētibz̄). i. indigētibz̄ cito ⁊ nō tarde
(qui hz̄ lumē claz̄ amoris gemini). i. duplicati siue fortificati

Eolus ingentes ventoz temperat iras

Et mare neptunus sepe tridente domat

Sic sese dominus faciat feritate timeri

Qui regimen magne gentis habere cupit

Parabolarum Aiani

